

Franckesche Stiftungen zu Halle

Hugonis Grotii De Jure Belli ac Pacis Libri Tres

Grotius, Hugo

Jenae, 1680

EXCERPTUM EX EPISTOLA HUGONIS GROTII AD N. N.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571)

consistere ait in fœderibus, pactionibus, conditionibus populorum, regum, nationum, denique belli jure & pacis. Hujus juris principia quomodo ex morali sapientia petenda sint, monstrare poterunt Platonis & Ciceronis de Legibus libri. Sed Platonis summas aliquas legisse suffecerit. Neque pœnitebit, ex Scholasticis Thomam Aquinatem, si non perlegere, saltem inspicere secunda parte, secundæ partis libri, quem summam Theologiæ inscripsit. Præsertim ubi de justitia agit, ac de legibus. Usus propius monstrabunt Pandectæ, libro primo atque ultimo; & codex Justinianus, libro primo & tribus postremis. Nostri temporis Jurisconsulti pauci juris gentium ac publici controversias attigere; eoque magis eminent, qui id fecere Valsvius, Hotomannus, Gentilis. His ergo disciplinis imbutus bene animus, mirum, quos deinde ex Historiarum lectione fructus sit consecutus. Cognitis enim præceptis communibus, atque ipso genere Quæstionum; facillimum est exempla suis sedibus collocare, sive ad hoc memoria sufficiat, seu brevis annotationis subsidium desideret. Historiarum autem lectioni omnino prætermittenda est universalis quædam tum orbis terrarum, tum temporum omnium delineatio, & qui res præcipuas brevius pertractarunt: quales sunt Justinus, Florus & Livii summator. Ceterum in legendis historiis malim te ductum animi, quam anxias leges sequi. Nullæ sunt, quæ non magnas habeant utilitates; & melius hærent, quæ libenter legimus. In universum tamen, non incipere ab antiquissimis, sed ab his, quæ nostris temporibus nostræque notitiæ propius coherent, ac paulatim deinde in remotiora eniti, magis est re arbitror. In Romana historia obliviscendum non est, plus ferme frugis è Græcis auctoribus, quam è Romanis hauriri; quia mores omnes ritusque publicos exteri diligentius observant, traduntque. Sed de his colloquendi occasio nobis non deerit, rectiusque hoc filum abruptam, quam ut, nimis operose studia tua figurando, in ipsa studia peccem; quibus nihil fas est decedere, nisi quod Regis Christianissimi & nostræ Reipubl. negotiis datur. Deus te, illustrissime Domine, utriusque gentis bono, incolumem diu servet; & ut generoso proposito tuo prosperi adsint successus, duo tibi præstet bonæ mentis auxilia, firmam valetudinem, & constantem fortunam. Roterodami XII. Maji, cio 16c XV.

EXCERPTUM EX EPISTOLA HUGONIS GROTII AD N. N.

AD Juris studium nunc quoque te adhortor, in quo si id tantum agis, ut rem facias, paucis delibaris compendiis, statim ad forenses scriptores tibi convolandum erit. Sin hic quoque percoctam sapientiam & nomen eximium optas, non aliunde juris Quirium cognitionem spera, quam ex Cujacio, qui solus suffecerit. Adeo ille omnia istius studii arcana pervidit, & quibus è fontibus cuncta fluere. Vigelium non, ut ediscas aut sæpe lectitates, svadeo, sed ut habeas sicut indices habemus, ad quos recurrere interdum solet hæsitans memoria, Scholasticæ istæ disputationes parum profunt ad sapientiam, ad parandum foro & subitaneo certamini ingenium nonnihil, quasi militiæ togatæ prolusiones. Has, quoque ut duplex sit utilitas, occupari velim in iis Juris Romani partibus, quas usus nostri seculi comprobavit, qualis præcipue est illa de Contractibus. Ante omnia Institutionibus Latinis optimum Græcum interpretem conjunge Theophilum; deinde ad lectionem Pandectæ & Codicis & postremarum Constitutionum progredere, quo magis ea leges, eo major tibi lux affulgebit, interposita, ut dixi, Cujacianorum operum lectione, ad quæ etiam confugas svadeo, quoties in alicujus loci intellectu hæsitas, digitum tibi intendente ad hoc Gothofredo in margine editi à se Corporis. Constitutiones illas, quas vulgus *NOVELLAS* vocat, Græcè scriptas Græcè lege, addita latina interpretatione veteri non spernanda.

INDEX